

*ΔΙΑΤΑΓΗ ΤΟΥ ΔΟΥΚΑ ΤΗΣ ΚΡΗΤΗΣ ΓΙΑ ΤΗΝ ΠΡΟΣΤΑΣΙΑ ΤΩΝ ΔΟΥΛΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ*

*Χάνδακας, 1410, 15 Αυγούστου*

«*MCCCX. Indiction III die XVI mensis Augusti.*

*Cum in capitulari officialium de nocte super stuprum scluarum, inter cetera fit quidam ordo, in quo continentur ista clausula;*

*Quod si quis concubuerit cum sclaua alicuius persone de die uel nocte extra domum patroni sui, cum uoluntate ipsius sclae, soluat patrono eius, damnum seu emendum sclae, sicut dominationi uidebitur. Et si contra uoluntatem sclae concubuerit cum ea, tunc ultra damnum sclae, puniri debeat, prout dominationi uidebitur fore iustum. Et super ista clausula non sit determinatum, quod officiales de nocte debeant habere partem illius damni, siue emenda, licet per aliqua regimina data fuerit per arbitrium aliqua pars dictis officialibus, et per aliqua regimina data fuerit per arbitrium aliqua pars dictis officialibus, et per aliqua regimina, nichil sibi fuerit datum. Et sit iustum quod ipsi officiales habeant aliquam partem, quia dicti labori obstat premium, et ut ipsi officiales, eligentes per hoc exequantur officium suum. Id circa per Magnificum D. Leonardum Trivisano honorabilem ducham Crete et suum consilium dictum et ordinatum est quod quotiens cumque per Regimini Crete fuerit taxatum aliquod damnum sive emendam pro aliqua sclaua, alicui domino dicte sclae contra aliquem qui concubuerit extra domum patroni cum illa sclaua de voluntatis nel violenter, suprascipti officiales debeant haberi terciam partem dicti damni siue emenda taxati, quod diuidi debeat secundum consuetudinem sui officii».<sup>113</sup>.*

## 78

1312-1322. Νοταριακές πράξεις. Χάνδακας [λ].

Maria Francesca Tiepolo, «Public Documents and Notarial Praxis: Some Examples from Venetian Greece of the Early Fourteenth Century», *Intercultural contacts in the Medieval Mediterranean*, London 1996, σσ. 316-321, αρ. 2-7.

## 79

1312-1420. Διαθήκες. Χάνδακας [λ, ι].

Sally McKee (ed.), *Wills from Late Medieval Venetian Crete (1312-1420)*, Washington 1998, τ. 1, σσ. 1-479, αρ. 1-363· τ. 2, σσ. 480-995, αρ. 364-790.

113. σσ. 146-147.



## ΔΙΑΘΗΚΗ

Χάνδακας, 1352, 18 Μαΐου

*«In nomine Dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo trecentesimo quinquagesimosecundo, mense maii, die decimoctavo, inditione quinta, in burgo Candide, insule Crete. Cum nemini pateat terminus vite sue et nil cercius habeamus quam quod mortis iudicium evitare non possumus, merito convenit uniuersitate sibi previa discretione cavere, ne casus mortis eum agrediatur incautum et sua bona inordinata et indisposita derelinquat. Idcirco ego Sophya, relicta papatis Georgii Pendamati, habitatrix burgi Candide, infirma corpore, mente autem sana, timens ne ab intestato decederem, vocari feci ad me Iohannem Gerardo, notarium, ipsumque rogavi hoc meum scribere testamentum. In quo esse constituo meos fidei commissarios Mariam Prebrissam, filiam meam dielectam, et Leonem Pendamati, cognatum meum, habitatores dicti burgi, ut secundum quod hic ordinavero darique iussero sic ipsi post meum perficiant obitum. Primo namque omnium volo quod dentur papati qui tempore obitus mei offiabit ecclesiam meam Sancti Nicolai yperpera quinque ut ipse faciat et dicat missam a die obitus mei usque ad annum unum omni die sabbati pro remissione peccatorum meorum. Item dimitto papati Iohanni Pariano illud yperperum quod recipere debedo a Ialitena, monacha, ut ipse scribat me ad memoriam in codice suo. Et remitto matri Andriole yperperum unum quod michi dare debet et dimitto matri mee yperpera duo et Marie Pendamatene, amitte suprascripti quondam viri mei, pignolatum unum et par unum linteaminum ac plumam lectuli parvi cum suo entema et carpetam unam virgatam. Item dimitto natis Herini, sororis mee, cohoperiorum unum et Cherane Malvasiote meam diploidem albam. Item dimitto Helene, filie mee, cotam unam lini novam et capselam unam atque scrineum unum et totum massaraticum domus mee et duas vineas pergulas positas in loco de Gasi iuxta vineas suprascripti Leonis, cognati mei. Item dimitto suprascriptis Marie et Helene, filiabus meis, meam ecclesiam suprascriptam et domos ac terram eius. Et volo quod dicti commissarii mei teneant et nutriant dictam Helenam donec veniant ad etatem congruam et tunc debeat maritare ipsam et dare ei predicta omnia que sibi dimitto. Et si vir eius fiet presbyter debeat habere et celebrare dictam ecclesiam dando suprascripte Marie, filie mee, medietatem utilitatis venture in ipsa ecclesia. Item volo et ordino quod res sacre et libri omnes suprascripte ecclesie sint semper in ea nec possit aliquis auffere sibi de eis ullo modo. Item volo et ordino quod si predicta Helena obierit antequam maritetur, unam predictarum vinearum pergularum deveniat in prefatam Mariam, filiam meam, elligendo et accipiendo quam voluerit et similiter capsela, scrineum et massaraticum predicta et alia vinea pergula deveniat in suprascriptum Leonem, cognatum meum, tali modo quod ipsi teneantur semper facere pro anima mea et mortuorum meorum, sed tota prescripta vendatur et precium eius fiat pro anima mea. Ecclesia vero supradicta cum domibus et terra concedatur uni presbytero in vita sua pro animabus mea, videlicet et suprascripti viri mei et ipsius Helene atque aliorum mortuorum meorum. Et ipse presbyter non teneatur nec debeat dare vel solvere alicui persone aliquid de utilitate ipsarum tamen teneatur solvere omni anno Nicolao Surentino pro earum affictu yperpera decem et septem sicut teneor ego. Et si ipse presbyter obierit iterum concedatur alteri presbitero eodem modo et si que observetur toto tempore in quo ipsam ecclesiam cum dictis domibus et terra habere debedo ab ipso Nicolao. Item volo quod suprascripti*



*mei commissarii simul et non separatim exerceant omnia predicta et maneant semper in pace et concordia non discrepantes ab invicem in faciendo que predicta sit. Sciendum est eciam quod papas Constantinus Cinandilo accepit a me suprascriptam ecclesiam pro tribus annis. Et volo quod teneat et officiat eam usque ad finem eorum. Residuum vero omnium meorum bonorum volo quod detur pro anima mea. Preterea plenam virtutem et potestatem do, tribuo et conferro suprascriptis commissariis meis post obitum meum inquirendi, iterpelandi, advocatum precepta et interdicta tollendi, placitandi, respondendi, legem et sentenciam pettendi, audiendi et prosequendi, intromittendi, interdicendi, accipiendi, reciepiendi et excuciendi omnia mea bona et havere a cunctis meis debitoribus presentibus et futuris ubicumque et apud quemcumque seu quoscumque ea vel ex eis inveniri poterunt, cum cartis et sine cartis, per curiam et extra curiam, et omnia per me superius ordinata exercendi et complendi, cartas quoque securitatis et commissionis, manifestationis et concessionis et omnes alias oportunas faciendi et fieri rogandi et, si expedierit, in anima mea iurandi, sicut egomet vivens facere possem et deberem. Et hoc meum testamentum firmum et stabile iudico esse in perpetuum. Siquis igitur huic mei testamenti carte obviare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei incurrat et insuper componat cum heredibus et successoribus suis suprascriptis commissariis meis et eorum successoribus auri libras quinque. Et hec mei testamenti carta in sua permaneat firmitate.*

*Signum suprascripte Sophye que hec rogavit fieri.*

*† Ego Hemanuell Beto testis subscripsi.*

*† Ego Hemanuel Ara testis subscripsi.*

*(S.N.) Ego Iohannes Gerardo, notarius, complevi et roboravi.*

*Dedi»<sup>114</sup>.*

ΔΙΑΘΗΚΗ

Χάνδακας, 1408, 27 Μαρτίου

*«In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Yhesu Christi millesimo quadrigentesimo octavo, mense Marcii, die vigesimo septimo, indicione prima, in monasterio Sanctorum Apostolorum de Pigadulia burgi Candide. Cum nil sit cercius morte et nil incercius hora mortis, idcirco ego Chalinichi Misinena, chalogrea, uxor ser Çanachii de Mesina, habitatrix monasterii Sanctorum Apostolorum de Pigadulia burgi Candide, infirma corpore, Dei gracia sana autem mente, volens mea bona ordinare et disponere, vocari feci ad me Antonium Marci, notarium, ipsumque rogavi ut presens meum testamentum faceret et compleret. In quo quidem testamento ordino et volo que sit solus meus commissarius Georgius de Mesina, filius meus dilectus, habitator Candide, ut secundum quod hic ordinavero darique iussero sic ipse post meum obitum debeat adimplere. In primis dico quod mea repromissa fuit yperpera trecenta, de qua sic inferius ordino. In primis volo quod confessor meus, habitator in monastirio Omnium Sanctorum, propre casalem de Cartero faciat savatiatica mea secundum more grecorum usque ad annum unum. Item dimitto ecclesie Sanctorum Apostolorum de Pigadulia, in qua ecclesia ordino me sepelire,*

114. τ. 1, αρ. 189.



*sarandamerum unum. Item ordino et volo quod celebretur in ecclesia de Nea Moni burgi Candide sarandamerum unum quod quidem sarandamerum volo || quod || celebret papas Theodorus Sclivi. Item dimitto done Sofie, uxori suprascripti commissarii mei, nurui mee, yperpera XX pro anima mea. Item volo etiam quod dentur yperpera decem dicte done Sofie, nurui mee, ut faciat missas et coliva secundum ritum grecorum pro anima mea. Item ordino et volo quod suprascriptus ser Çanachius de Mesena, maritus meus, non debeat molestare dictum commissarium et filium meum de dicta mea repromissa ullo modo vel ingenio. Residuum vero tam suprascripte mee repromisso quam aliorum omnium meorum bonorum mihi quomodocumque pertinencium et spectancium dimitto suprascripto Georgio de Missina, filio et commissario meo, pro anima mea. Preterea post mortem meam plenam virtutem et potestatem do, tribuo atque confero suprascripto filio et commissario meo inquirendi, interpellandi, avocatos precepta et interdicta tollendi, placitandi, respondendi, legem petendi, sentencias audiendi et prosequendi, intromittendi, interdicendi, petendi, exigendi et recipiendi omnia mea bona et havere mobilia et immobilia a cunctis meis debitoribus presentibus et futuris ubicumque et apud quemcumque seu quoscumque ea vel ex eis inveniri poterunt cum cartis et sine cartis, per curiam et extra curiam, et omnia alia mea negotia generalia, specialia et universalia necnon dimissorias atque alia que per me superius ordinata sunt tractandi, procurandi, exercendi, persolvendi, et percomplendi, cartas quoque securitatum de receptis, manifestationum, commissionum et omnes alias cartas necessarias et oportunas seu quicquid aliud inde opus et necessarium fuerit faciendi et fieri rogandi et si, expedierit in anima mea iurandi, sicut egomet vivens in predictis omnibus et singulis predictorum facere possem et deberem. Et hoc meum testamentum firmum et stabile esse iudico in perpetuum. Si quis igitur huic mei testamenti carte obviare presumpserit, indignationem Dei omnipotentis incurat et insuper componat cum suis heredibus et successoribus suprascripto meo fidei commissario et eorum successoribus pro pena et nomine pene inde constitute auri libras quinque. Et hec carta mei testamenti in sua permaneat firmitate.*

*Signum suprascripte Chalinichi Missina que hec rogavit fieri.*

*Dedit.*

*(S.N.) Ego Antonius Marci, Veneciarum notarius, complevi et roboravi.*

*Dedi copiam.*

*Testes: P. de la Lulisana et N. Habramo»<sup>115</sup>.*

## 80

1312-1462. Αποφάσεις του Μεγάλου Μαγίστρου και συμβουλίων ιπποτών της Ρόδου [λ, 1].

S. Fiorini, A. Luttrell, «The Italian Hospitallers at Rhodes: 1437-1462», *Revue Mabillon* 68 (1996), σσ. 220-231, αρ. 1-3 (I-XXXIII) (= Luttrell, *The Hospitaller State on Rhodes*, αρ. XIX).

<sup>115</sup>. τ. 2, αρ. 656.

